



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

342. Sabbato. B. Virgo præsidium contra omnes minas, earumque causas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

Peria 6. Domin 24. post Pentecost. 615

factus sit æterni supplicij, ut ait Remigius:
Qui diligitis Dominum, odite malum, & qui ti-
met Deum, nihil negligit. Statuam cum gratia
Dei evitare, quidquid mihi conscientia di-
staverit, non esse rectum.

Conf. 3. Omnia peccata due res faciunt in
homine cupiditas & timor, quia sicut omnia ju-
sta opera bono timore, & bono amore fiunt: Sic
malo amore, & malo timore omnia peccata com-
mittuntur. Ita D. Augustin. in Psal. 79, Quis-
quis hic habet ignem charitatis illic ignem gladij
timere non poterit. Ambros. in Psal. 118.

MEDITATIO CCCXLII.

Sabbato Domin. 24. post Pentecost.

B. Virgo presidium contra has omnes
minas, earumque causas.

Audiam B. Virginem de se loquentem:
Ego sum Mater misericordie, & aditus
peccatorum ad Deum, nullus est adeò alie-
nus à Deo (nisi omnino fuerit maledictus)
qui si me invocaverit, non revertatur ad
Deum. Petam ejus operi in negotio salutis
meæ experiri.

Conf. 1. Si minas Evangelij comprehendo,
quomodo earum causas non fugio: si non
comprehendo, quantò magis causas earum
fugere debeo? Modus autem effugiendi est
versus ad Matrem misericordie, ut ait D.
Bernard,

616 *Sabbato Domin. 24. post Pentecost.*
Bernard. supra Salv. Regin. *Convenienter
vocatur Mater misericordie, quod divina pietatis
abyssum, cui vult, & quando vult, & quomodo
vult, creditur aperire, ut qui vis enormis peccator
non pereat, cum Sancta Sanctorum patrocinijs
suis suffragia prestat.*

Conf. 2. Duos esse modos flecendi B. Vir-
ginem ad hanc gratiam salutis impetrandā,
vel per unum aliquem actum heroicum
Virtutis, vel per multos remissos & frequen-
tatos. Tutiora sequens in utroque me exer-
cebo. Ita Didac. de Rosis de Cultu B. Virg.

Conf. 3. Verba D. Bonaventurae, in Spe-
culo Virg. ita de B. Virgine loquentis: *Qui
habuerit characterem ejus, notabitur in Libro
Vite, Characteres D. Virg sunt Virtutes ejus,
de quibus hactenus actum est singulis ferme
Sabbatis, quas statuam amplius imitari.*

MEDITATIO CCCXLIII.

Dominica I. Adventus.

De causis Incarnationis.

Respiciam, & levabo caput & cor meum,
ducēque Spiritu Domini subibo concilium
coeleste, in quo agitur de Redemptione
mea. Petam humillimè causas Incarnationis
agnoscere.

Conf. 1. Infelicem generis humani à primo
lapsu statum; nam quod tempus, quis locus,
quæ